



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 4. Christus hordeaceum panem vulneri intinctum reddit suauem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

cit his Apollonius: *Si de cadanere leonis egredia  
sa est dulcedo, non miror, si de corpore Christi,  
qui est leo de tribu Iuda, dulcedo egreditur.* Et  
planè non sine caussa dicitur: *Fauis distil- Cant. 4.  
lans labia tua, sponsa, mel & lac sub lingua tua.* <sup>ii.</sup>  
Hanc enim dulcedinem, in Sacramento, ef-  
ficiebat ardor charitatis. Dulcis enim est a-  
mor, & omnia facit amanti dulcia; quem-  
admodum vana amanti amarissimum est  
Eucharistiæ manna degustare, debet enim  
alia relinquere, quæ illi, tanquam exfurda-  
to palato, videntur dulciora. Monendi ta-  
men mihi, hîc, sunt simplices, ne putent sé  
sensibilem, in sumendo sacro hoc ferculo,  
experiri debere dulcedinem. Spiritualis ci-  
bus est, & spiritualis dulcedo, hoc est, cha-  
ritas in eo, coniunctioque cum Deo quæ-  
renda est; quam vtique significat dulcedo  
illa, quæ ore percipitur à nonnullis, nec ap-  
petenda, si deest; nec, nisi cum magna hu-  
militate, si adest, acceptanda. Solet enim  
Deus, etiam per corporum sensus, subinde  
animas refocillare: quam ob caussam man-  
na de cœlo misit Israëlitis.

## §. IV.

*Christus hordeaceum panem vulneri intin-  
ctum reddit suauem.*

Hoc

Hoc pacto, in D. Francisci vita legimus, An-

gelum, vni<sup>9</sup> chordæ vel tractu, vel tactu, cor

Francisci ita tetigisse, vt omnis molestia,

**Idem Cę  
farius lib.  
4. c. 80.**

quam patiebatur, obliuisceretur. Hoc pa-

ceto egit cum Clerico illo, qui ad claram val-

lem venit, vt, relictis seculi curis, Deo soli

famularetur. Is, quia corpus antea delicate

habere asseuerat, à communi fratrum pane

pisisq; vehementer abhorrebat. Duo igitur

metuebat æquè, famem scilicet, &, famis

medicinam, refectionem. Nocte ergo qua-

dam, cura propemodum tabescenti, Mundi

Reparator Christus comparuit manu te-

nens frustum eiūscemodi panis, quo ceteri

solebant vesci Religiosi. Hoc ei porrigens

dixit: *Comede panem istum.* Ad quæ cum

Nouitius responderet: *Domine, nequaquam*

*vesci potui pane hordeaceo;* Christus vulneri

lateris sui panem eundem intinxit, & porre-

etum comedere iussit. De quo cum gustasset, fa-

etus est sicut mel dulcis in ore eius. Itaq; ex illo

tempore, & panem atrum, & fabas, & reli-

qua legumina, cibosq; regulæ conformes,

quos priùs digitis attingere, nausea illi erat,

magna delectatione, comedit. Nempe nihil

dulce non est, quod sanguine Christi imbui-

**Gen. 3.19.**

tur. Dixerat olim Deus: *In sudore vultus tui*

*vesceris*

*væceris pane; falsus sudor amarum tunc fecit panem; nunc dulcis Christi sanguis panem dulcem reddit; quem ab illo acceptum, læti edimus.*

## §. V.

*Amara in dulcedinem verti, Deum  
amantibus.*

Venit aliquando populus *in Mara*; nec Exod. 15<sup>a</sup>  
poterat bibere aquas de *Mara*, eò quòd essent 23<sup>b</sup>  
*amaræ*. Et murmurauit populus contra Moy-  
sen dicens: *Quid bibemus?* At ille clamanuit ad  
Dominum, qui ostendit ei lignum: *quod cum  
misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt.*  
*Mara* est Mundus, in quo quid non amarū?  
Venit Christus; & ostendit nobis suæ Cru-  
cis lignum, dicens: *Iugum meum suave est, &* Matth<sup>c</sup>  
*onus meum leue.* Qui ergo cruce illius scit uti,  
suaue jugum facit, & suaue illi est, quidquid  
est alijs amarum. Salsæ solent esse atque a-  
maræ lachrymæ, sed Cruce sanguinéque  
Christi dulcescunt. *Dulciores sunt lachrymæ*  
*orantium*, inquit S. Augustinus, *quam gau-  
dia theatrorum.* Terrenis hominibus men-  
tem leuare, graue est; leue crucis baculo ni-  
tentibus.. *Orando enim*, ait S. Bernardus,  
bibitur vinum latificans, vinum spiritus, quod  
inebriat, & carnalium infundit obliuionem.

Matth<sup>c</sup>  
11, 30.

S. Ber-  
nard.  
serm. 18<sup>d</sup>  
in Cant.

R. Ama-